

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

VI. Spes & Fiducia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](#)

ris: ut cum Apostolo dicere valeamus, quia
nos separabit à charitate;

VI. *Spes & Fiducia.*

O Rex vivorum & mortuorum! qui
surgens à mortuis, multa corpora San-
ctorum resuscitasti, & in gloriæ tux so-
tatem admittere voluisti; quid non sper-
à te? quomodo de felici & gloria resur-
rectione mea dubitare valeo; qui pignus
salutis æternæ toties accipio? quomodo
non certus sim, quod depositum meu-
ser vaturus sis in illum diem; cùm corpori
& sanguinis tui arribam certissimam totius
extradas, promittens infallibiliter resus-
citationem in novissimo die, & vitam æ-
ternam? *Ioan. 6. Credo*, Domine, quod tu
Redemptor meus vivas, & in novissimo
die de terra surrecturus sim, & in carne
mea sim visurus te Deum Salvatorem me-
um, quem velatum nunc aspicio. Tunc fa-
tiabor, cùm apparuerit gloria tua. Repe-
rita est hæc spes mea in sinu meo.

Præterea, ô spes mea unica Jesu! in-
confidi anima mea: & certus sum, non
vacuâ manu & absque fructu ad meo-
nies: quis enim Rex pauperem visitat,

quem



us, qui
qui n
ra San
e soci
speter
a resu
pigno
omodo
meum
orpon
n totis
resolu
n atet
uodru
issimo
a came
m me
uach
Repe
! int
, non
neve
vistat
quem
quem non locupletet? tribues saltem in-
digenti mihi eleemosynam Rege dignam;
aut saltem nonnullam tui effigiem aut
mnemosynon relinques pro honorario.
Et si pedibus tuis sacratissimis advoluto
supplici stipem petere confidenter liceat:
Da mihi immortalitatem mysticam cum
perseverantia in amicitia tua, ne morte
culpæ aliquando moriar. Da mihi impas-
sibilitatem cum heroica patientia, ne tri-
bulationum causâ deficiam. Da clarita-
tem cum fide vivâ ut divina mysteria tua
cognoscere valeam. Da agilitatem, cum
obedientiæ promptitudine, ut omnia
præcepta & inspirationes tuas perfectè
exequar. Da denique subtilitatem cum
abrenuntiatione rerum carnalium & ter-
renarum, ut spirituales & divinas intimè
amplectar: atque ita in dotibus hisce glo-
riosi tibi spiritualiter assimiler ad gloriam
tuam. Amen.

VII. *Dilectio.*

O Iesu Rex amabilissime! omni Abalo-
ne pulchrior, Salomone sapientior,
Davide mitior, Samson fortior, quantù m
teneor amare te? Amote ex toto corde,
quia